



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Vsus sacrorum ad profana, paragr. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

§. III.

Vsus Sacrorum ad profana.

1. **C**ertum est, mortale, ex se, esse
 Sacris vasis & vestibus, ea-
 dem forma, atque adeo eadem be-
 nedictione, vel consecratione ma-
 nente, uti ad usum profanum. Ex-
 emplum ponit Suarez, *a ut si quis v.*
gr. uteretur Calice in communi mensa,
vel Palla benedicta, ut communi linteo-
lo, aut Sacra veste ad profanam repre-
sentationem, vel ludum, id enim præfert
contemptum quemdam, & vix potest à
mortali excusari. Hæc ille; sane præ-
scindendo à parvitate materiæ; nam
ceterum quis dicet, semel sudorem
abstergere mappa benedicta, vel
quid simile esse mortale? Insuper lo-
cutio est de rebus, quæ solent con-
secrari, vel saltem benedici, nam uti

v. gr.

a Suar. d. disp. de sacr. 81. sect. 8 § 4.
addendum juncto, §. ult. pertinet.

v. gr. ad nuptias, vel communem usum, tapeto candelabris, pelvi, immo & manu tergio, & similibus, in Missa adhiberi solitis, cum satis mediate inserviant ministerio sacro non est peccatum: sicut enim, sine scrupulo, utimur v. g. candelabris profanis ad ornandum. Altare, ita, & è contra, licebit, (si fiat sine contemptu) uti candelabris Ecclesiæ ad ornandas ædes profanas, non quidem semper & indifferenter (id enim præferret implicitum contemptum) sed in aliqua sollemnitate non sacra, forte, occurrenti. Nam dum in c. Ad nuptiarum *veratur, ne ad nuptiarum ornatum divina ministeria præstentur*, locutio non est, nisi de consecratis, vel ad summum de benedictis, id quod clare insinuant illud appositum (*Divina.*)

2. Dictum est autem (*non mutata forma*) nam ea mutata, atque adeo deperdita consecratione, seu

D 3

benc-

a C. ad nuptiarum de consecr. d. 1.

benedictione, licet conveniens sit, prædictas vestes, & vasa nunquam applicare profanis usibus, tunc enim vel servantur ad alium sacrum usum forte apta, vel si ad nullum sint utilia comburantur, cineresque in Sacrarium juxta directionem Sacrorum Canonum, a proiciantur; tamen probabile est, non esse, nec mortale, nec veniale, si, sic mutata forma, ad profanos usus applicentur. Calix ergo confractus, Casula, vel Alba dissuta, frustula inveterati Corporalis vel purificatorii, ligna, & lapides diruti templi, &c. potuerunt, *b* quantum est ex hoc capite, vendi, usibus communibus applicari, & ut profana nobis usui esse. Ratio præcipua est, quia, ex una parte, non adest clara prohibitio, & ex alia, res, dum mutat formam, amittit consecrationem, ergo non est Sacra, ergo profana, ergo, si tunc applicabi-

tur

a c. ligna. c. Altaris de consecr. dist. 1

b Casu. 2. 2. tr. 8. d. 1. p. 6. n. 25.

tur profano usui, res profana applicabitur, non sacra. Alias rationes ut & explicationem aliquorum textuum, quia recte prosequitur Castropalaus, a apud ipsum lege. Sicuti etiam apud Suarium b leges, consuetudinem mortuos Sacerdotes sepeliendi, indutos vestibus Saceris, non esse usum profanum, nec contra Canones, ut ipse recte expendit.

*Quaestio incidens De Candelis, &
Ramis Palmarum benedictis.*

3 **D**um hæc scriberem, incidit dies Purificationis Beatissimæ Virginis, & inter colloquendum cum amicis, exorta est quaestio, An candelis, eo die, benedictis possimus (circa contemp- tum) uti ad communes usus, sine peccato etiam veniali? Posse uti

D 4

dixi-

a Castrop. loc. cit. b Suarez de sacr. d. 31. sect. 8. §. 4. addendum.

diximus, quia hæc benedictio non introducta cum tanto rigore ab Ecclesia ad solum usum Sacrum.

4. Confirmabam Primo, quia in prima oratione, qua candelæ, dicto die benedicuntur, sic habetur. *Te humiliter deprecamur, ut has candelas ad Usus hominum, & sanitatem Corporum, & animarum siue in terra, siue in aquis, &c.*

5. Confirmabam secundo, quia etiam benedicuntur, die Paschalis, agni, ova, &c. ad usum communem.

9. Confirmabam tertio, quia nemo scrupulum sibi iniicit, quod panem benedictum die S. Blasii, vel S. Antonii, ut moris est apud aliquas Ecclesias, vel truncos Palmarum benedictos, vel benedictos carbones, die Sabbati Sancti, assumat ad communem usum: si enim supersunt in quantitate, quis est, qui illum panem non comedit, & illa ligna, carbonesque communi usui non assignat? immo reliquias
talie

talis panis, vel decidentes palmarum ejusmodi, vel olivarum frondes, quis est qui pedibus in terra proteri, cum scrupulo culpæ, putat? Similiter igitur putandum est de Candelis, & propter paritatem rationis, de Aqua, Incensoque benedictis, & similibus. Atque ratio horum omnium est, jam dicta, quia non, cum tanto rigore, in his modicis benedictionibus agitur, vel agi intenditur ab Ecclesia.

§. IV.

Vsus profanorum ad sacra.

E Contra profanas vestes, vaseque, licetne applicare vasis Sacris, & Sacrificio? Dico licere, si mutata *a* forma, si eadem forma remanente, *b* si sic apta sint ad usum Sacrum. Licet
v.g.

a Suar. ib § Sed quares.

b Idem ib. & Castrop. to. 2. tr. 8. d. 5. p. 6, n. 25.